(57-2)

Propositiones ex opusculo Eius de auxilijs

1a propositio

Homo in statu peccati potest ex suis naturalibus sine ~~aux~~ auxilio gratiae diligere Deum super omnia dilectione naturali, et voluntate absoluta, sic quod habeat absolutum propositum servandi omnia praecepta. Immo hoc propositum est saepius in peccatore maius quam in homine ~~...~~ iustificato.

2a

Hoc propositum absolutum potest esse in peccatore tale et adeo sufficiens ut ad actum contritionis supernaturalis nihil ibi deficiat, nisi modus ille supernaturalis et divinus qui fit ab auxilio gratiae.

3a

Ex naturalibus ipsius liberi arbitrij possumus habere actum contritionis quantum ad substantiam modo praedicto, ut scilicet nihil deficiat ibi, nisi modus ille supernaturalis

4a

Si Pelagiani ponerent in nobis actus naturales similes ijs quos habemus supernaturales, dummodo faterentur eos non esse sufficientes ad salutem, nihil de hoc curaret Ecclesia.

5a

Adam in statu innocentiae non indigebat auxilio speciali; neque dono perseverantiae.

6a

Peccata venialia non sunt vere peccata

238

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA